meum euagrium uitam tui quae mei
causa instanter negotium prosequatur.

LVI. HIERON AD MARCUM
PRBM CALCEDIAE

Decreueram quidem uten
dum mihi psalmistae uoce dicen
tis, Cum consisteret peccator
aduersum me obmutui et humiliatus
sum et silui a bonis; et iterum; ego uero
tamquam surdus non audiebam et tamquam
mutus non aperiens os suum; et factus sum ut
homo non audiens. sed quoniam caritas omnia supe
rat et propositum uincit affectus non tam
iniuriam facientibus reddo uicem quam tibi
respondeo postulanti; Apud christianos enim
non qui patitur ut ait quidam sed qui facit
contumeliam miser est.; Et primo quidem
antequam de fide mea quam optime
nosti tecum loquar aduersus barbariem
istius loci uersu cogor clamore uulgato
quod genus hoc hominum quae hunc tam
barbarum morem permittit patria
hospitio prohibemur arenae bella cient
primaque uetant consistere terra
Ecce terra quae idcirco de gentili poeta
sumpsimus ut qui christi pacem non seruat
saltem discat ab ethnico; Hereticus
uocor omousiam praedicans trinitatem
sabellianae impietatis arguor tres sub
sistenter ueras integras perfectasque
personas indefessa uoce pronuntians;
si ab arrianis merito si ab orthodoxis
qui huiusmodi arguunt fidem esse

orthodoxi desierunt aut si eis placet
hereticum me cum occidente hereticum
cum aegypto hoc est cum damaso petro
que condemnent; Quid unum hominem
exceptis sociis criminantur si riuus te
nuiter currit non est aluei culpa sed fontis.
Pudet dicere. de cauernis cellularum
damnamus urbem. In sacco et cinere
uolutati de episcopis sententiam
ferimus, Quid facit sub tunica paeni
tentis regius animus. Catenae
sordes et comae non sunt diadematis
signa sed fletus, permittant mihi quae
so nihil loqui. Cur eum lacerant qui non
meretur inuidiam. Hereticus sum quid
ad te quiesce iam dictum est.

Plane timent ne eloquentissimus homo in
syro sermone uel graeco ecclesias circu
eam populos seducam scisma conficiam.
Nihil alicui praeripui nihil otiosus accipio.
manu cotidie et proprio sudore quaerimus
cybum scientes ab apostolo scriptum esse
qui autem non operatur non manducet;

Haec uenerabilis et sancte pater cum quali ge
mitu cum quali dolore conscripserim
testis est ihs; Tacui numquid semper tacebo
dicente domino? Non mihi ceditur unus angu
lus heremi cotidie exposcor fidem quasi
sine fide renatus sim; Confiteor ut uo
lunt non placet subscribo non credunt;
Unum tantum placet ut hinc recedam.
Iam iam credo abripuerunt a me partem
animae meae. Carissimos fratres. ecce

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0323